



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Proemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

ad benevolum Lectorem.

qui Auctor est LEGUM justarum *m* super
mel dulcis, & hæreditas ejus super mel & fa-
vum.

m Eccl. 24. v. 27.

PROEMIUM.

MOYSES Gentis Hebrææ Dux, primus o-
mnium, dñinas Leges, sacris Litteris
explicavit (a) Foronæus Rex Græciæ primus
LEGES, Judiciaque constituit, unde etiam
Forus seu Forum, locus exercendarum liti-
um, nomen accepit. (b) Mercurius Rex, Tris-
megistus dictus, quod summus esset Philo-
sophus, Rex & Sacerdos, primus LEGES Æ-
gyptijs tradidit. (c) SOLON, primus LEGES
Atheniensibus dedit (d) Lycurgus, primus
Lacedemonijs & Spartanis, Jura, ex Apollini-
nis auctoritate confinxit. (e) Pythagoras et-
iam, dissolutos Crotonienium mores, per
LEGES, ad honestatem & frugalitatem redu-

xít

(a) Exodi 20. 21. 22. & seqq. b) S. Isidorus
lib. 5. & 18 Etymol. ac dist. 7. cap. Moyses, &c.
Forus s. Decretal. de verborum significatione,
c) Iustinus lib. 2 Histor. d) Idem lib. 3. e) Idem
lib. 20.

Proœmium

xiiit. (f) Numa Pompilius, qui Romulo succedit in Regno, primus LEGES Romanis edidit. Deinde cum populus seditiones Magistratus, ferre non posset, LEGES Solonis, ab Atheniensibus accepit, quas decem viri ad illos missi, ex Græca Linguâ, in Latinam translatas in decem tabulis eburneis descriptas, Romanam attulerunt, duasque tabulas addiderunt, unde Lex duodecim Tabularum nomen sumpsit, quæ principium fuit, Juris civilis scripti, quo hodie utimur. (g) Ex illis vero, qui etiam de LEGIBUS sapientissime scripserunt, præter Aristotelem, præ cæteris, excelluit divinus Plato, & Orator Cicero, cum interque, præter alias LEGES humanas, etiam quandam divinam & æternam cognoverit, uti hic, in binis Libris de LEGIBUS, Ille in Tymæo & Phædro, ac Dialogo, disertis verbis docuit,

Inter Christianos vero, primum in hac materia LEGUM, sibi locum, jure merito vendicat, splendidum illud Catholicæ Ecclesiæ Jubar, & Hispaniarum Doctor S. ISIDORUS, h Regali progenie satus, frater S. Fulgentij & S. Leandri, cui in Archiepiscopatu Hispanensi

f) S. Isidorus cit. loco & dist. 7. cap. fuerunt glossa in lib. 2 §. Exadu. g) Maranta in Spec. p. 3 h) Petrus Medina Hispaniar. Hist. c. 45.

ad benevolum Lectorem

Iensi succedit, cuique per annos 40 sanctissime
præfuit, ac circa annum Domini 600 flo-
ruit, vir profecto in omni lingua, arte, & sci-
tiâ, tam divinâ quam humanâ, supra omnes
illo saeculo profundissime doctus, uti diversa
ab ipso edita opera testantur, quorum copio-
sum indicem S. Braulius & S. Ildefonsus, ejus
discipuli, Posteritati reliquerunt. Cujus do-
ctrinæ tanta est, in totâ Ecclesiâ auctoritas, ut
etiam Angelicus Doctor, ex ipsius Libris de
Etymologijs, uti ex limpidissimis fontibus,
rivulos suos de LEGIBUS, derivaverit, qui-
bus totum agrum Dominicum irrigavit, qui
postea tam copiosos fructus in Theologiâ
protulit. Cum vero hujus materiae copia, &
amplitudo, tam latum docendi & disputandi
campum, Scriptoribus aperuerit, ut Lectores
eum ingressi, & ex percepto prolixitatis fa-
stido, finem se attingere posse, desperantes,
in medio itinere, saepius subsistere, ac proinde
imperfectam scientiam, inde elicere soleant:
Hinc ego, magno animo, hunc Scriptorum
de LEGIBUS campum ingressus & emensus,
inventos in eo flores, & fructus lustravi, ac
utiliores & salubriores decerpsi, eorumque
succum & medullam, in unam confectionem
redegî, hisque præsentem meum NUCLEUM,
imbibi, & elaboravi: Ideoque in hunc potissi-
mum

Proæmium ad benevolum Lectorem

rum scopum collimavi, ut brevis quidem & facilis, non vero obscurus esset ; nec tamen quidquam scitu dignum, vel necessarium de-
esset: in hoc, pro exiguo meo modulo, cona-
tus imitari, Doctorem Angelicum (quamvis
sciam, me ne minimam ejus umbram attin-
gere posse) cuius perpetua laus est in Eccle-
siâ, quod vastissimas & subtilissimas in Theo-
logiâ Quæstiones, mirâ perspicuitate & bre-
vitate explicaverit ; cuius etiam doctrinam,
& ordinem in omnibus tenui, quantum po-
tui ; commonitus vivæ vocis oraculis sum-
morum Pontificum **URBANT V. INNO-**
CENTII, & aliorum quibus declarant, peri-
culum declinandi à Scopo Veritatis eos in-
currere, qui ab hujus Angelici Doctoris do-
ctrina recedunt , & in eâ tot esse miracula,
quot inveniantur articuli, cuius etiam infalli-
bilis veritatis testimonium , ipse Christus
Dominus, divino suo ore dedit, hanc vocem
emittens **BENE DE ME SCRIPSISTE**
THOMA.

APPRE-